

nem Nili fertilior Chananea, non sensit hanc Chananea famam. Adde, descendere in Scripturā sapientia significat ire. Sapienter S. Ambros. I. 4 de Abram c. 2: *Exercetur, inquit, athleta Dei et duratur adversis; in desertum abiit, famem incidit, in Egyptum descendit. Compererat in Egypto lasciviam esse juvēnum luxuriam, etc.* Monuit uxorem ut sororem se diceret. *Sara ut tueret maritum, mentita est germitatem.*

VERS. 15. — *Di quo quos soror mea sis. Non mentitor Abram: erat enim Sara ejus soror eo sensu quo dicam c. 20, v. 12.*

Dices, saltem Abram hic uxorem suam exponi adulterii pericula. Ita Calvinus qui hic Abramum in lectione suspicionem vocat. — Resp. negando id ipsum; nam Abram Sara tantum jubet tacere quod sit uxor, et verē dicens quod sit soror sua, idque ob praesens vite sua periculum. *Periculum enim nunquam sine periculo pellitur.* Cavit ergo hic vite sua Abram, ne, quia maritus, occideretur; quod cavere poterat et debet; reliquum, quod cavere ob Egyptorum incontinentiam non poterat, Deo commendavit, videlicet ne uxor eriperetur et violaretur. Sciebat enim se in hoc presertim articulo necessitatis, Deo curse esse, capitulo hic pater fidei contra spem in spem credere. Ita S. August. I. 22 contra Faustum c. 35. Unde non malè censem Pererius, Abramum Dei instinctu hoc dixisse et fecisse. Adde, confusus est Abram constantias et castitatis Sarae (tot enim annis eam pudicissimum expertus erat) quod nunquam peccato consentiret.

VERS. 15. — *ET NUNTIAVERUNT Hebraicē vāīrū, et viderunt. Ita et Septuag. Noster verō videbat legisse vāīgāīdū. Faciat enim ḥ in η et ι communatur. Nostro faveat, quod ḥ et viderunt, immmediata ante precessit unde non videbat mox repetitum fuisse à Mose.*

In NOMUM, non ad stuprum, sed ad matrimonium, quasi coniux saltē secundaria regis futura, ut patet. v. 19.

VERS. 16. — *ABRAM BENS USI SUNT.* Hebraicē hētē, id est, beneficē, scilicet Pharaon (ac consequenter ad exemplum regis ceteri ejus autīcī beneficerunt) Abram.

VERS. 17. — *FLAGELLAVIT AUTEM DOMINUS PHARAO-NEM, non adulterium, quia nesciebat esse coniugem Abra, sed ob vim Sarę illatam, quia invitauit rapi jusserrat. Verē S. Ambros. I. 2 de Abram c. 4: Afflictiones, sīt, viro forti corona sunt, invalido infirmates sunt.*

PLAGIS MAXIMIS. Rabbini carnales plagam hanc putant fuisse fluxum seminis, et impotentiam copule. Unde quod non habemus, *proper Sarę, hebraicē est, propter verbum Sarę: quod ipsi vertunt proper angelum Sarę;* quod nimis hinc angelus fuerit custos pudicitiae Sarae, cūmque ei diceret Sara: *Percute tamē (a quo scilicet ipsa sue castitati timebat), mox percutebat eum angelus, et faciebat impotentem; ita ut ad Saram accedere, nec vellet, nec posset. Fabula haec sumi Judaica. Secundo, Josephus plagam hanc cen-*

set fuisse pestilentiam. Rursū tumultum et seditiones populares. Tertiō, Philo et Perer. censeat fuisse morbos et dolores gravissimos, ita ut nec diu, nec nocte quiescere aut respirare Pharaon posset. Quartō, catholici doctores passim censem fuisse sterilitatem, tam hominum, quam animalium; hāc enim poena ob similem Sarę raptum punivit Abimelech c. 20, v. 17 et 18. Hinc rectē refert Procopius Saram apud Pharaonem castam et inviolatam permansisse. Deus enim qui hie injurias Abras, per Sarę raptum illatam, tam graviter vindicavit, multò magis eidem candem inviolatam servavit: unde hic impleri coepit illud Psal. 104, 14: Non reliquit hominem nocere ēs, et corripuit pro eis reges. Adde, solebat mulieres per plures dies ungū, ornari et preparari, antequād ad thorum regis admittentur, ut patet de Esthera.

Vidēmus hic igitur primō, verūm esse illud Psal. 145.

Dominus custodit advenam, pupillam et viduam suscepit. Hujusmodi enim persona derelicta, Deo speciali modo cura sunt: unde Ps. 9 dicitur: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adipis. Hinc in lege sapientia precipiunt, ne molesti sint peregrini; hospitibus enim tutela et fides debetur. Vidēmus secundō, quoniam Deus curat et protegit justos. Unus hic Abram justus plus Deo cura est, quam Pharaon cum omni regno, et propter unum iustum etiam regem flagellat. Quis igitur non liberetur serviat Deo, qui tam fidelerit suis adest et assistit? Vidēmus tertio, quoniam Deus specialis est vires conjugij. Nesciatis rei Saram esse uxorem Abra, et tamen flagellatur cum totā domo: tantum peccatum est adulterium.

Unde S. Ambros. lib. 4 de Abraham c. 2: *Unusquisque, aut, se castum praebeat, alienum non affectet thorum, nec latendi spe, aut faciendo impunitate alienam inclestū uxorem; non incuria, aut stoliditas provocetur mariti, aut absentia longior. Adest prouul conjugi Deus, quem nihil latet, nullus evadat, nemo irridiet. Vicem absentis mariti tueretur, servat excubias, inā sine excubis deprehendit reum, antequā faciat quod paraverit; in cuius singularib[us], in milibus universorum crimen agnoscit. Et si maritum adulteri fesselleris, non fales Deum; et si maritum adulteri fesselleris, non fales Deum; et si maritum evaseris, et si judicem fori luxurias, non evades judicem totius mundi, ille gravius ulciscitur injuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti. Subdit Ambros. Abram meritum esse hanc Dei iutelan per piatatem, quia Deo iubent in Egyptum descendere, obedivit. Nam quia studio obueni colestis oraculi, uxorem quoque in periculum deduxit pudoris, etiam castissimum conjugij defendit, scilicet Deus. Sic in Vitis Sanctorum legimus, monachos a suis abbatibus missos ad feminas pietatis causā, cum libidinis stimulo tentarentur, obedientiē merite et presidio, orando que tentatione superasse. Tantas vires, tantam tutam in periculis prestat obedientia.*

DOMINI EJUS. Nam autīcī ejus et domestici ad Sarę rapturn et detinētē concurredant et juverant.

VERS. 18. — *QUOD UXOR TUA ESSET.* Scivit id Pharaon revelante Deo, at S. Chrysost. Addit. Josephus, sacer-

dotes Egyptiorum, in hac plaga deos, vel potius demones suos consules, idipsum Pharaoni indicassē. Potius denique Pharaon, tale quid suspicis, Sarā interrogare, et ex ea veritatem cognoscere, ut factum esse putat Pererius.

VERS. 19. — *UT TOLLEREM, ut non dubitarem eam*

CAPUT XIII.

1. Ascendit ergo Abram de Egypto, ipse et uxori ejus, et omnia que habebat, et Loth cum eo ad australē plagan.

2. Erat autem dives valde in possessione auri et argenti.

3. Reversusque est per iter, quo venerat, à meridiāne in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai;

4. In loco altaris quod fecerat prius, et invocavit ibi nomen Domini.

5. Sed et Loth qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, et armenta, et tabernacula.

6. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibat habere communiter.

7. Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Loth. Eo autem tempore Chananeus et Pherezeus habitabant in terrā illā.

8. Dixit ergo Abram ad Loth: Ne, queso, sit iugum inter me et te, et inter pastores meos, et pastores tuos: fratres enim sumus.

9. Ecce universa terra coram te est: recede a me, obscoeno: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegis, ego ad sinistram pergam.

10. Elevatis itaque Loth oculis, videt omnem circa regionem Jordanis, quae universa irrigabatur antequā subverteret Dominus Sodomam et Gomorrā, sicut paradise Domini et sicut Egyptus venientibus in Segor.

11. Elegitque sibi Loth regionem circa Jordanem, et recessit ab Oriente: divisus sunt alterutrum a fratre suo.

12. Abram habitavit in terrā Chananea: Loth vero moratus est in opidis, quae erant circa Jordanem, et habitavit in Sodomis.

13. Homines autem Sodomites pessimi erant, et peccatores coram Domino nimis.

14. Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Loth: *Leva oculos tuos, et vide a loco, in quo nunc es, ad aquilonem et meridiem, ad orientem et occidentem.*

15. *Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum.*

16. *Faciatque semen tuum sicut pulvrem terre: si quis potes hominum numerare pulvrem terre, se-men quoque tuum numerare poterit.*

17. *Surge, et perambula terram in longitudine, et*

s. s. v.

(putans esse liberam) tollere miliū in uxorem. Tradit. Josephus, Egyptios ab Abramo matheis didicisse; verūm à Josepho, Mose et Hebreis in Egypto habitantibus potius id factum esse videtur, idque indicatur Psal. 104, 21; nam Abram non videtur diu hæsisse in Egypto.

CHAPITRE XIII.

1. Abram étant donc sorti de l'Egypte avec sa femme et tout ce qu'il possédait, et Loth avec lui, alla dans la partie du pays de Chanana qui est du côté du midi.

2. Il était très-riché, et avait beaucoup d'or et d'argent.

3. Il revint ensuite dans la partie méridionale du pays de Chanana vers Béthel, par le même chemin qu'il était venu; et il alla dresser sa tente où elle était auparavant, entre Béthel et Hai,

4. Où était l'autel qui avait été bâti avant son départ; et il invoqua en ce lieu le nom du Seigneur.

5. Loth, qui était avec Abram, avait aussi des troupeaux de brebis, des troupeaux de bœufs et de veaux.

6. Le pays ne leur suffisait pas pour pouvoir demeurer l'un avec l'autre, parce que leurs biens, qui constituaient presque tous en troupeaux, étaient fort grands, et qu'ils avaient besoin de grands pâturages, ils ne pouvaient subsister ensemble.

7. C'est pourquoi il s'excita une querelle entre les pasteurs d'Abraham et ceux de Loth. En ce temps-là les Chananeens et les Phrézéens habitaient en cette terre, et ils avaient pu profiter de la mesintelligēnce d'Abraham et de Loth pour les détruire.

8. Alors il dit donc à Loth: Qu'il n'y point, je vous prie, de dispute entre vous et moi, ni entre mes pasteurs et les vôtres, parce que nous sommes frères, c'est-à-dire, proches parents, et que nous devons conserver avec soin l'union que Dieu a mise entre nous.

9. Vous voyez devant vous toute la terre; retirez-vous, je vous prie, d'après de moi; si vous allez à la gauche, je prendrai la droite; si vous choisissez la droite, j'irai à la gauche.

10. Loth élevant donc les yeux, considéra tout le pays situé le long du Jourdain, qui s'étendait de ce lieu là jusqu'à ce qu'on vienne à Segor, et qui avait que Dieu détruisit Sodome et Gomorré, paraissant un pays très-agréable, tout arrosé d'eau, comme un jardin de délices, et comme l'Egypte, qui est arrosée des eaux du Nil.

11. Et il choisit sa demeure vers le Jourdain, en se retirant vers la Pentapole, qui est du côté de l'Orient: Ainsi les deux frères, c'est-à-dire, l'un lez et l'autre, se séparèrent l'un de l'autre.

12. Abram demeura dans la terre de Chanana; et Loth dans les villes qui étaient aux environs du Jourdain; et il habita ensuite dans la ville de Sodome.

13. Or les habitants de Sodome étaient devant le Seigneur des hommes perdus de vices, et leur corruption était montée à son comble.

14. Le Seigneur dit donc à Abram, après que Loth se fut séparé d'avec lui: Levez vos yeux, et regardez le lieu où vous êtes, au septentrion et au midi, à l'orient et à l'occident.

15. Je vous donnerai pour toujours, à vous et à votre postérité, tout le pays que vous voyez.

16. Je multiplierai votre race comme la poussière de la terre: si quelqu'un d'entre les hommes peut compter la poussière de la terre, il pourra compter aussi la suite de vos descendants.

17. Parcourez donc présentement toute l'étendue de cette terre dans sa longueur et dans sa largeur; regardez-la comme un héritage qui doit un jour vous appartenir, parce que je vous la donnerai très-

12

in latitudine sua : quia ibi datus sum eam.
18. Movers igitur tabernaculum suum Abram, venit et habitavit iuxta convallem Mambré, que est in Hebron : edificavitque ibi altare Domino.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — AD AUSTRALEM PLAGAM, respectu Chanaanæ, sive Judeæ. Ad hanc enim semper plagam sedis accommodat S. Script. utpote Iudeis scripta; erat ergo hic locus Iudeæ australis, Ægypto verò aquilonaris; reddit enim Abram in Bethel, unde exiit.

VERS. 4. — IN LOCO ALTARI, ad locum altaris, in quo scilicet c. 12, 8, altare exerxerat. Patet et Hebreo.

VERS. 5. — QUI ERAVIT CUM Abram. Hisce verbis significat Moses, quid Loth propriæ societatem Abram fuit, ritu Deo benedictus et locupletatus.

TABERNACULA, papitiones, in quibus ipse cum sua familiâ degebat : nec enim in domibus, sed in casulis, quasi peregrini degebat, Hebr. 4, 9.

VERS. 6. — NEC POTERAT EOS CAPERE TERRA. Eadem Chanaanæ portio, non sufficiebat ad pasca, quibus alerentur tot tantique greges utriusque. Secundate vitiū, inquit S. Ambros. lib. 1 de Abraham c. 5, ut dives terra non capiat. Nihil enim sat is est dñe cupidiunt. Quando dñis quis fuerit, tanto avidior ad possidendum est. Extende agri terminos cupit, et vicinum excludere. Numquid huiusmodi Abram? minimè. Tamen ut minime avarus electionem offert, ut justus dissensionem amputat.

VERS. 7. — UNDE FACTA EST RIXA, dum quisque partium meliora pascua suis gregibus assignat. Vide hic, quomodo opes parientes et rixas, etiam inter fratres et cognatos amicissimos. Unde S. Chrys. Hom. 33: *Aucta sunt, at, armenta, multiplicati greges, affluerunt dixitiz multa, et statim discordient concordia.* Antea erat pars et charitatis vinculum, nunc rixa et contentio ; ubi enim Meum et Tuum, iste omne litium genus, ubi autem haec non sunt, ibi secura versatur paz et cordia. Hinc de primis Christianis ait Lucas c. 4, 52 : *Multitudinis autem credentiam erat cor unum et anima una.* Causam subdit : *Nec quisquam corum que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.*

EO AUTEM TEMPORE CHANAANÆ ET PHERÆZÆS HABITABANT TERRA, q. d. : Ne ergo ab eis invaderetur, et opprimetur Abram ejusque familia, cum Loth contendens et dimicans ; rursus, ne Chanaanæ hisce partorum rixis scandalizarentur, itaque blasphemarent Abra familiam fidelem et religiosam, ac consequenter magis averterentur ab ejus fide et religione. Deoque vero ; haec de causa voluit Abram separari a Loth, ita que omne eorum scandalum tolleret.

VERS. 8. — FRATRES ENIM SUMUS. *Fratres*, id est, consanguiti ; erat enim Loth Abra ex fratre nepos.

VERS. 9. — ECCE UNIVERSA TERRA CORAM TE EST, in tua est potestate et electione, licet tibi eam partem religiosi eligere, quae tibi placuerit. Hanc enim tibi incolae libenter vident aut vocabant. Abram patruus dat hic suo nepoti Loth optionem, ut eligat regnum quam velit. Hinc videtur oria veterum consue-

certainement, en la donnant aux enfants qui naissent de vous.

18. Abram levant donc sa tente, vint demeurer près la vallée de Mambré, qui est vers Hebron, et il dressa là un autel au Seigneur.

COMMENTARIUM. CAP. XIII.

nostram cupiditatem : *Inferior*, ait S. Ambros. 1. 1 de Abraham c. 5, amiciora eligit, utiliora fastidit. *Plerisque enim ubi fructus impares sunt, prudenter amiciora declinat.* Cito invidiam movent, citio in se excitant mendem avari, etc.

RECESSUS AB ORIENTE. Dicos : Loth ibat ad Jordanem et Pentapolim; que sunt ad Orientem : ergo non recessit ab Oriente, sed ad cum accessit. Respondent aliqui esse emallagam prepositionem, ab enim poni pro ad, versus ; heb. enim est, profectus est ab Orienti, hoc est, versus Orientem. Tantum enim vult dicere Loth successisse ab Abraham ; ille enim Orientem, hic Occidentem peragravit, q. d. : Loth recessit ab Abraham versus Orientem. Secundo, alii cum Pererio respondent Loth recessisse ab Oriente, quia non directe rectoque itinere ex Bethel perrexit ad Orientem, sed lateraler relexit iter ad Pentapolim, que respectu Bethel partim erat ad Orientem, partim ad meridiem. Cum enim veniret ex Meridie, puto ex Ægypto, in Bethel, non recte perrexit ad Orientem, sed redlexit viam ad Meridiem, unde venerat. Tertiò et genuinè Orientem hic Moses vocat locum, in quo consubstant Loth et Abraham cum se ab invicem divisorum, nimirum eum de quo dixit c. 12, 8 : *Et inde transgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab Occidente habens Bethel, et ab Oriente Hai.* Hic ergo locus, in quo facta est separatio Loth ab Abraham, ut patet c. 15, 5, vocatur Oriens quia erat contra Orientem Bethel, et ab Oriente habebat Hai. Sensus ergo est : Loth recessit ab Oriente, id est, a loco in quo cum Abram fecit pactum separationis, qui ob respectus jam dictos à Moysi vocatur Oriens.

ALTERUM A FRATRE SUO. Hebreo, vir à fratre suo, id est, alter ab altero, frater à fratre, puta patruus à nepote.

VERS. 12. — ABRAM HABITAVIT IN TERRA CHANAAN. Chanaan hic nomen est unius gentis et partis terre promissionis, sita juxta mare Mediterraneum, et fluens Jordani. Chanaanem enim fuit unus è septen populis, habitantibus in terra promissionis, quos expulerunt Hebrei, et magis aperte ac genuinè, *venientibus in Segor* refert non ad *sicut Ægyptus*, sed superius ad *regionem Jordani que universa irrigabatur venientibus* (veniendo in Segor, q. d. : *Tota Pentapolis ante subdivisionem, maximè à loco in quo tunc era Abram, eundo versus Segor, irrigata erat et fertilissima*) ; sicut paradisus et sicut Ægyptus, quam Nilus fecundat. Ita sanct. August., Cajet., Pererius.

VERS. 11. — ELECTIQUE SIM. Permitit Deus in hac electione suâ Loth decipi ; tum, ut ejus exemplo et conversione Sodomitas ad peccatorum odium, et virtutis amorem excoiterent : tum, ut discamus amiciora non præferre salutaribus, nec sequi in electione

nisi, et abundantia, et otium ipsius (Septuag. vertunt, *delicias affuebat ipsa et filiae ejus, et gloriantur magnificè*), et manum egeno et pauperi non porrigeant, q. d. : Hoc fuit quintuplex Sodoma iniquitas, eaque radix et origo caterarum, scilicet libidinum portentarum ; nimis prima Sodoma iniquitas, fuit superbia ; secunda, saturitas panis et ciborum, puta comesatio et compositio ; tertia, abundanta et luxus rerum omnium ; quarta otium.

Queritur, Ægyptus quare sit factus adulter;
In promptu causa est, desidiosus erat.

Quinta, immisericordia. Unde sanct. Hier. in citatum versus Ezech. sic ait : *Superbia, saturitas panis, rerum omnium abundantia, otium et delicia peccatum Sodomiticum est ; et propter hoc sequitur Dei oblivio, qua prorsentia bona putat esse perpetua.* Unde de Israele scriptum est : *« Manducavit et bibit, et saturatus est, et impinguatus ; et calcitravit dilectus. » Quod sciens sapientissimus omnium Salomon ita precatur : *« Tribue mihi necessaria et que sufficient, no saturatus mendax fiam, et dicam : Quis me videbit ? aut pauper effectus, fur, et pejorem nomen Dei mei. »* Hac tenus sanct. Hier. Secundo, Sodomites erant peccatores coram Domino, id est, palam, publice, in oculis solis lūjus, ipso Deo et sole spectante invercundè peccabant, q. d. : Sodomites non tantum iniquissimi erant, sed et impudentes, Dei hominum contempti. Tertiò, Hebreus ladanai, quod noster veritatem coram Domino, potest cum Vatablo verti, *in Dominum, contra Dominum*.*

Etô major fuit virtus Loth, quod inter pessimos optimus fuerit, ut docet S. Petrus epist. 2, cap. 27, et S. Gregor. lib. 1 Moral., cap. 4.

VERS. 13. — OMNEM TERRAM QUAM CONSPICIS. Probabile est quod sentit Perer. scilicet Deum, vel angelum vice Dei, Abram vigilanti (sequè ac Mosi Deuter. 34, v. 4) objecisse imaginem totius terra promissionis (hanc enim totam naturaliter, tantum circumscriptiōne, pveridere non poterat Abram), et singulariter ejus partium, in quâ omnia que in illâ terra spectata digna erant, proprie, distinetac ac liquido cerneret. Sic enim diabolus Christo ostendit omnia regna mundi, et gloria eorum, Math. 4, 8. Sie S. Benedictus, Deo eum elevante, vidit totum mundum, velut exiguum globum in aere pendulum, sub uno solis radio oculis suis subiectum : uil referit S. Gregorius lib. 2, Dialog. cap. 36.

TIBI DABO, ET SEMINI TUI USQUE IN SEMPERITUM : *et* et exigitur est, idemque valet, quod id est. Abram enim censetur dari, quod semini et ejus posteris datur, juxta can. 15. Ita S. Chrysost. et Cajet. Promittit ergo hic ad literam Hebreis possessio terra Chanaan in semperitum ; non absolutè, sed respectivè, scilicet quantum durabit hoc semen, id est, potius et respub. Hebreorum. Jam enim disperso populo, et everso ejus regno, et republica, quid mirum si terram hanc, in quâ rempub. et regnum suum habebant, amplius non obtinebant?

Additum cum S. Thomâ, vel potius Thomâ Anglico,

lige, non accipiam ex omnibus que tua sunt, ne dicas: Ego dedit Abram:

24. Exceptis his, que comederunt juvenes, et eis partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol, et Manbre: isti accipiunt partes suas.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — AMARAPHEL REX SENNAAR, rex Babylonis, ut dixi c. 11, v. 2. Ille ergo Amraphel videtur tertius aut quartus fuisse a Neomrod, primo rege et tyranno Babylonis. Rursus, hic Amraphel fuit primus et precipuus hujus bellum.

Dicere: Quomodo ergo Josephus hoc bellum vocat bellum exercitum Assyriorum? — Resp.: Sub Assyriis Babylonios intelligit; iam enim una eadem erat monarchia Assyriorum et Babyloniorum, omnes enim hi reges subditi fuerunt regi Assyriorum, scilicet Nino monarca. Videtur ergo Ninus translati monarchia in Babylonem in Ninivem alium regem vel vicegerem in Babylone constituisse; cujus hic Amraphel fuerit successor.

Nota. Hoc bellum videtur contigisse quinque circiter annis, post egressum Abrae de Chanaan, qui conligit anno Abre 75, Genes. 12, v. 4. Nam gesta Abra, a cap. 12 hucusque, fidei quinque annos exponunt, uti et quinque annos exponunt que ab hoc cap. narrantur usque ad cap. 16, scilicet usque ad nativitatem Israhelis; que contigit anno decimo à vaccinatione Abra, ut patet c. 16, v. 5.

Contigit ergo hoc bellum sub annum Abre 80, qui fuit Nini junioris trigesimus. Nam Abram natus est anno 45 Nini senioris, qui universum regnavit annos 52. Novennis ergo erat Abram, cum mortuus est Nini senior. Hunc Nino successit uxor Semiramis, que regnavit 42 annis. Hunc deinde successit filius Nini junior, qui regnavit annis 38: ergo annus 80 Abram inediti in 29 vel 30 Nini junioris.

Et Amoach rex Ponti. Hebr. Chald. et Septuag habent, rex Ellasar. Forte hec est urbs Cœlesyria, que à Stephano vocatur Elias, aliò nomine Pontus dicta, ut veritatem hib nos intres. Alter Tostatus et Pervicius, qui per Pontum hic Hellespontum intelligunt: ut Arioch hic fuerit rex Bellesponti, indequod alii regibus hic nominatis in auxilium venerunt. Verum hi nimis remotè hume Arioch in Pentapolim accersunt.

CHODORLAHOMOR REX ELAM, rex Persarum, qui ab Elam filio Sem prognati, dicti sunt Elamites et Elym. Ita Diidorus. Hic Chodorlahomor videtur fuisse fax beli; alios enim reges accedit in Pentapolitis, ut eos olim à se subjugatos, et iam rebellantes, rursum sub jugum suum mittaret.

ET THADAL REX GENTIUM, rex Galilæa superioris, que dicta est Gentium, eò quòd à vicinis gentibus, Arabibus et Egyptis, teste Strabone lib. 16, proper fertilitatem et mercimoniorum ob insignes portus opportunitatem incolebatur; ideoque postmodum à Judeis, illi Galilee nomen indentibus, dicta est Galilee Gentium. Ita Andreas Masius in Josue c. 12, v. 9. Alter Lyran. et Tostat., hic gentes accipiunt, scilicet

lier, afin que vous ne puissiez pas dire que vous avez enrichi Abram.

25. J'accepte seulement ce que mes gens ont pris pour leur nourriture, et ce qui est dû à ceux qui sont venus avec moi, Aner, Escol et Manbre, qui pourront prendre leur part du butin.

Sic Enakim dicti sunt gigantes à primo eorum parente Enac. Verum obstat, quod Moses hebrei scribens vocet eos Raphaim: ergo diu ante Davidem Goliath gigantes vocabantur Raphaim, tempore Mos's et Jos's; nam in libro Iosephus fit mentione Raphaim. Videntur ergo Raphaim dicti et ori à parente suo Rapha, qui Mos'e fuit antiquior. Responderi posset Mose non vocasse eos Raphaim, sed Nephilim aut Enakim; sed compilatore Pentateuchi usitato tunc nomine vocasse eos Raphaim, sicut Gen. 14, 14, urbs Dan, que tempore Mosis Lese'm, postea verò à Danitis occupata vocata est Dan. Verum rursum obstat, quod compilator hic Pentateuchi fuerit Ioseph vel alias ei coevers, qui longe precessit tempore Davidis et Goliath. Accedit quid Enakim fuerint tempore Mosis, ut patet Deuter. 1, v. 28. Constat autem eos tunc ita vocatos a patre suo Enac, qui Mose precessit; ergo idem dicendum est de Raphaim. Fuerunt enim huc dñe stirpes et familiæ gigantum.

Cetera nomina propria sunt locorum. Vide hic morem Dei, qui solet impios per impios puniri; sunt enim nulli virga et flagellum Dei. Sic Judeos punivit per Chaldeos, Chaldaeos per Persas, Persas per Græcos, Græcos per Romanos, Romanos per Gothos.

ASTAROTHCAIRIA. Astaroth vel Astarte fuit die Syrorum et Palestinarum, quam Græci et Latini Diana et Junonem vocarunt: unde et S. August. hic, qu. 16, asserit lingua Punicâ, que ex Hebreâ descendit, Junonem vocari Astartiem. Jam Diana hec est luna, ditetur Carainam, id est, bicornis. Dicta ergo videtur haec urbs Astartothcairiam, à Diana idolo quod in ea colebatur. Diana enim, eò quod cadens esset ac luna, solere pingi et fingi cum lunula beicorni in fronte, docent veteres statue et numismata. Ita Delph.

ALTER 4. — RECESSERANT. Hebreæ maradu, rebellariunt, jugum excusserunt.

VERS. 5. — PERCUTSERENTQUE RAPHAIM. Narrat hic obiter Moses, quid Chodorlahomor cum suis, antequam bellum suis rebellibus Pentapolitis inferret, prius vastari quatuor gentes eis vicinas, ne rebellibus open ferre possent; puta Zuzim, Emim, Horroes et Raphaim. Raphaim videtur fuisse gigantes, posteri Raphai gigantes, et habitasse in terrâ Basan, que idecō dicta est terra gigantum, Deuter. 5, v. 13. Putant Rabini Raphaim dici ab Orphâ nuru Noem, Ruth. 1; ab Orphâ enim natum esse Goliath giganteum quem occidit David; idem sensit Prudentius in Hamartigena, dum loquens de Orphâ, quod illam contempta Noem, maluisse semiferi stirpem nutritive Colie. Verum haec est fabula, nam נְפָתֵחַ rapha sine ain scribitur: ain autem nunquam ex themate excludit. Secundò, Forens in Isaiae 26, v. 14, putat Raphaim dici à נְפָתֵחַ rapha, id est, mederi, sanare. Gigantes enim erant homines sani, firmi, torosi. Tertiò, ali Raphaim deducunt à נְפָתֵחַ rapha, id est, dissolvente; quia gigantes quantum aspectu vasti et horribili vires ac nervos hominum dissolvabant. Quartò, Pineda in Job, 26, v. 5, et Sanchez in Isaiae 26, v. 14, putant Raphaim dici à Rapha patre Goliath, qui quatuor filios gigantes genuit, 2 Reg. 21; inde quis gigantes dicti sunt Raphaim.

AD FONTEM MISPHAT, id est, judicis; ita dictus est postea hic fons, eò quod Deus ibi judicabit Mosen et Aaron, quasi indignos qui terram promissaem incederent, propter incredulitatem, quia non credidissent Deo promittenti aquas ex petra. Numer. 20. Ita Tostatus, Lyranus, et sanct. Hieron. ad Fabiolam.

Secundò et certius, Penerius putat, idem estesse Misphat et Meriba; fons enim Misphat, idem est cum aquis Meriba, id est, contradictionis; Num. 20, 13. Dicitur ergo hic fons Misphat, id est, judicis; vel Meriba, id est, litis, iuris, iurumuris et contradictionis; quia ibi Iudei ob defectum aquæ murmurabant contra Dominum, et cum eo quasi lite et iudicio expostularunt. Verum quia Deus hanc item miraculo videt et diremit, dum miraculosè ex petra dedit aquas, itaque sanctificatus fuit in eis; hinc fons hic et locus postea dictus est Cades, id est, sancta; ut patet Numer. 20, 15. Fons hic situs est contra Petram Arabie. Vide Adrichomium.

ASASONTHAMAR, q. d.: Urbs Palmarum. Fuit hec Amorræorum urbs, postea Engaddi dicta. Ita

ex S. Hieronymo, Eucherio, Chaldaeo Adrichomius.

VALLIS AUTEM SILVESTRIS HABEBAT FUTEDO MULTOS BITUMINOS. Addit hoc Moses, ut significet regem Sodomæ cum suis hunc locum ad conflictum elegisse, et concilio et dolo, ut hostes Babylonum horum locorum ignari, utpote peregrini, in hos patres pugnando corrurerent; sed Dei iudicio securis factum est, scilicet ut ipsi Sodomites vici et percorsi, in hos patres suos calderent; unde sequitur.

CECIDERUNTQUE ibi, non ipsi reges Sodomæ et Gomorræ (hi enim fugerunt et evaserunt, ut patet v. 17), sed eorum milites partim gladio ceciderunt, partim ex trepidatione et precipitatione fugiendo in putoe bituminis corrurunt. Ita Abuleus. Permissit Deus ille Pentapolitas succumbere, ut hæc plaga et castigatione eos ad mentem et frumentum reduceret, sed frustra; ideoque paulo post eos igne colesti subverit.

VERS. 12. — NECON ET LOTI. Permissit Deus Loti in Sodomis capi, ut castigaret eis præpararet et sensualem electionem, quia inter impissimos Sodomites, illicet loci fertilitate, habitate preelegerat. Fuit tamen hæc Loti captiuitas inusta, id est, justo bello liberavit, eum Abraham. Esto enim Chodorlahomor Pentapolitas rebellantes justo bello invassisset, Loti tamen, utpote exterum et peregrinum, tangere non poterat. Addit, Chodorlahomor Pentapolitas magis ambitione, et libidine dominandi; ut videatur, quād justo aliquo titulo sibi subjugasse; totum ergo ejus hoc bello inustum fuisse videtur, ac proinde justè eum Abram persecutus est, et occidit.

VERS. 15. — ABRAH. HEBRE. Hic primò inventur cognomen Hebrei. Quæres unde dicti sunt Hebrei?

Resp.: Primo, ab Heber, qui fuit atavus Abrae. Hebrei ergo dicti sunt posteri Heber; non omnes, sed ili tantum qui per Abram, Isaac, et Jacob descendentes, divisus in Babel linguis, primigeniam linguum Hebream ab avo suo Heber, cum verò unius Dei fide, religione et pietate traxerunt et conservarunt; hi enim vocantur filii Heber, puta Hebrei, cap. 10, v. 21. Ita sanct. Hieron. Acacius, Josephus, Eusebius, Cajet. Tostatus, Eugubinus, et sanct. August. I. 2 Retract. 14, ubi retractat id quod dixerat l. 1, de Consensu Evang. c. 14, scilicet Hebreos ab Abram, quasi Abram dictos esse: hoc enim non esse verum, patet ex hoc loco, ubi ipsem Abram vocatur Hebreus; rursus ex eo quod Abram per aleph, Hebreus verò per acribatur. Secundo, Hebreos dicitur à radice aber, id est, transvulsi; quasi dicas, transiens, transmannus, transéphratius; uti nos vocamus transmarinos, transalpinos, transmontanos; quia scilicet Abram et Hebrei ex Chaldaea oriundi transierunt Euphratem, ut habitatent in Palestina; unde primus Abram hic post transiit Euphratem, habitans in Chanaan vocatur Hebreus. Hinc et Septuag. et Aquila hic, pro Hebreo vertunt Ἀβραῖον, id est, transiutor, vel, ut verit. S. Aug. hic quest. 29, transflavii; ita Theodor. S. Chrysostomus, Origenes, Diidorus, Rupertus. Burgensis hic, et Riber in Jona 1. Addit Theodor. Hebreum dicti ab Eu-

phrate, scilicet transitio: *Hebra enim*, ait, *Syrorum*

lingua, idem est quod Euphrates. Unde et utrobius penè eadem sunt littere; ut Hebreus idem sit quod Euphrateus. Fortè Mesopotamii ob continuum transitum, fluvius suum Euphratem vocavit Hebra, id est, transitus; sicut Judei Jordanem in suo trajectu vocavit *bet abara*, id est, domum, sive locum transitus, Joan. 4, 28.

Qui ergo primò ab Hebreis dicti sunt Hebrei, idem postea à transito Euphratis dicti pariter sunt Hebrei, id est, transatores, transmanni; utrumque enim in Hebreos competit.

Nota. In hoc bello primò Abram vocatur *Hebreus*; ut significetur Abram non Sodomita, non Palestinius, non Syrus, sed Hebreus, sùa hæc victoria præludere Hebreis, qui sub Josue pari modo victores et gloriari futuri erant, in eâdem Chananea, eamque totam sibi à Deo promissa erant bello subacti: unde Chananei possessionem hic quasi inchoat, primusque in èa vitor et triumphus pedem fugit Abram.

VERS. 14. — NUMERAVIT EXPEDITOS. Hebraicè est *iare chanachaf*, id est, expediti initiatos, vel instructos suos, quod scilicet jam ferrum armata tractare docuerat, ut peregrinè inter impios et infideles habitans, contra eorum injurias, iis justè bello se tueri posset. Habet enim jus belli, tanquam princeps independens familiae suæ numerosus, et ab aliis populis segregata à Deo constitutus, de quo plura c. 38, 24.

VERNACULOS SUOS, servos domi sue natos. Ita Hebrei.

TRECENTOS DECEM ET OCTO. Ut scias (ait S. Ambros. 1. de Abrām c. 5), non quantitatim numeri, sed meritum electionis expressum. Eos enim adsciscit Abram, quos numero fidelium dignos judicavit, qui in Domini nostri Iesu Christi passionem crederent. T enim, quod Graecis 500 significat, signum est crucis; I et II, que significant 10 et 8, initium sunt, et abbreviatio Graeci nominis Jesu, si r. H. T. inscribas hoc modo: *IHS.* Tantum enim deest littera S, ut sit plenum nomen Jesus. Magis ergo merito fidei vicit Abram, quam numerosus exercit. Ita S. Ambrosius, Eucherius, et Rupertus lib. 5, c. 15. Ubi adverte. Conigit haec Abræ vitoria juxta Dan, ut patet v. 14, qua postea à Philippo Tetrarchà, in gratiam Cesarii Tibérii dicta est Cesarea Philippi, ubi Petrus obscuram et symbolicam hanc Abræ fidei confessionem clare expressit, dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, Matth. 16.

Rursus idem sanct. Ambros. 1. de Fide ad Graftian. et Liberius papà in epistola ad Orientales, et Rupertus hic putant hisce 518 Abræ patris creditum nullibus, presignificantes fuisse 518 Patres, fidei pugiles, qui in vice Nicaea infidelem Arium vicerunt et damnarunt. Verum hec omnia symbolice sunt accipienda, et anagmatice. Moses enim hec scriptis hebraicè, non gracie, sed potius spiritu sanctus haec ita attemperare, ut etiam in lingua et Ecclesiâ Graecâ (que futura erat florentissima, in qua proinde haec Hebreia transferri volebat), sua continerent mysteria.

VERS. 15. — ET DIVISIS SOCIS IRRUIT SUPER EOS noctre. Abram unam turmam duxit; socios tres, puta Aner, Escol et Mambre in tres, ut videtur, turmas divisit, ut omnes effugii vias hosti clauderet, utque à quatuor partibus eos adorares percelleret, opinantes à magno exercitu se undique cingi, itaque omnes somno vineoque seputos opprimeret.

Nota hæc Abræ bellicam fortitudinem, prudentiam, vigiliam, fidem, justitiam: rursum charitatem, amicitiam, liberalitatem tum erga Loth, tum erga suos socios et amicos. Sic Leonidas rex Lacedemonum cum trecentis in castra Xerxis, quo numerosissimi erant, irrumperens, non ante cedendi finem fecit, quā fessus occumberet, qui ad suos: *Prandete, ait, commilitones, quasi apud inferos caenaturi*. Vide huc, quā facile Deus dejicit omnem mundi potentiam, quācumque per paucos, aequè ac per multos salvare possit.

USQUE DAN. Urbs tempore Abraham et Mosis vocabatur Laïs, vel Lesem; et ita scriptis Moses; sed qui haec diaria Mosis digestis, prius Labi substituit nomen Dan, quo post Mosen vocata est, Josue 19, v. 47. Vide can. 3. Alii putant Mosen spiritu propheticō vocasse eam Dan, quia ita vocandam previdebat. Sed prius est verius.

VERS. 17. — EGRESSUS REX SODOMORUM. Vel ex montibus, vel ex urbe Sodomia, in quam, licet ab hoste jam ante direptam, fugè elapsus evaserat.

IN OCCUSUM EIUS, ut Abræ de vitoria congratulatur, ei gratias ageret, et ab eo suos cives ab hoste liberatos repperet.

IN VALLE SAVE, QUE EST VALLIS REGIS. Quia hæc valle, postea dicta est vallis regis Melchisedech, ut habent Septuag., fortè ex eo, quod circa hanc vallem Melchisedech occurrit Abræ vitorie, eique benedixit, et sacrificium Deo obtulit. Aut certè hæc vallis dicta est regis, id est, ampla et regia: unde Josephus eam vocat campum regium. Hinc dicitur vallis Save, id est, plana; dicitur etiam vallis illustris, ob amplitatem; quia iuxta Jordanem sita est porrigiturque usque ad mare Mortuum. Ita Bocharid.

VERS. 18. — AT VERA MELCHISEDECH. Videtur Abram ex Dan, et convalle Save sive illustri, domum rediens in Hebron, sive ad convalle Mambræ, nonnihil deflexisse versus Salem ad Melchisedech, ut regem tam ipsum et tam celebrem viseret, utque per eum pro vitoria adeptè gratias Deo ageret et sacrificaret. Melchisedech intelligens adventure Abram, occurrit ei.

Quares, quis fuerit hic Melchisedech? Primo, heretici Melchisedechiani docuerunt Melchisedech esse Sp. sanctum; hic enim est Melchisedech, id est, rex justitiae. Sed hæc est heres. Secundò, Orig. et Didymus putarunt Melchisedech fuisse angelum. Tertiò, Hebrai, teste S. Hieronymo, hic in quest., volunt Melchisedech fuisse Sem filium Noe: vixit enim Sem usque ad tempora Abræ et Melchisedech.

Dico primò: De fide est, Melchisedech fuisse verum et merum hominem. Fuit enim rex Salem et sacerdos, qui occurrit et benedixit Abræ, ut hic dicatur. Ita Epiphanius haeres. 56, Cyrillus, et alii passim. Dico se

cundò: Probabilis est Melchisedech non fuisset Sem, sed aliquem è regulis Chananeorum, qui inter impios Chananeos pius et sanctus vixit. Ita Theodor. Euseb. et passim veteres; quia Sem genealogia textur in Genesi; Melchisedech autem est sine genealogia, ut ait Apostolus Hebr. 7. Secundò, quia Sem cum posteris occupavit Orientem; Cham verò cum suis occupavit terram Chanana, in qua erat Salem, cuius rex fuit Melchisedech. Erat ergo ipse Chamæus et Chananeus, non autem Sem aut Semita. Vide dicta ad Hebreos 7, v. 7. Dico tertio: Melchisedech idem est, quod rex iustitiae: à justitia ergo et sanctitate hiis regi indutum et approprietatum est hoc nomen, Melchisedech. Non ergo hoc nomen fuit commune regum Jerusalem, ut vult Cajetan., quemadmodum Egypti regibus communè fuit nomen Pharaon, et postea Ptolemaio: atque Palestini regibus tempore Abræ commune nomen erat Abimelech. Sed huic persona et regi proprium fuit hoc nomen Melchisedech: fuit enim ipsi typus Christi justi et Sancti sanctorum; unde tradit sanctus Ignatius epist. ad Philadelph. et Suidas, Melchisedech et regem et pontificem et virginem tota vita permanisse. Dico quartò: Melchisedech fuit typus Christi; primo, in nomine et nominis etymo; uterque enim fuit rex iustitiae. Secundò, in officio et statu, uterque enim fuit rex salem, id est, pacis. Tertiò, in generatione; uterque enim fuit sim patre et matre, ad Hebr. 7, vers. 2. Quartò, in aetate et duratione; uterque enim quasi aeternus induxit in Scripturam. Quintò, in pontificatu. Sextò, in sacerdotio eucharisticò; vide dicta ad Hebr. c. 7, v. 19 et seq.

REX SALEM. Consit S. Hieron. epist. 12 ad Evaristum, hanc Salem non esse Jerusalem, sed alienum sicuti sicuti Scythopolim; ubi Joannes baptizatus, Joan. 2, 23, in qua, sicut Hieron., etiamnum ostendit palatum Melchisedech: sed erro vulgi, ut videtur. Fortè Jeroboam ejusque posteri, ut hoc suum palatum celebrarent, dixerunt illud fuisse palatum Melchisedech. Nam communiter Patres docent Melchisedech fuisse regem Salem, id est, Jerusalem. Ita Irenæus, Eusebius Cesær, et Eumenius, Apollinaris, Josephus, Chaldeus, Procopius, Abulens. Andr. Massius, Isidorus, et ex his Rihera in Hebr. 7: estque haec traditio Hebreorum. Jerusalem enim prius dicta est Iesus et Salem; ut patet Psal. 75, 3, in Hebræo. Imò Josephus lib. 7 Belli, cap. 48, et ex eo Hegesippus et Isidorus, tradunt Jerusalem conditam esse à Melchisedech.

PROFERENS. Hebraicè *hotsi*, id est, *protulit PANEM ET VINUM*, non ad cibum militum, vel ad epulum victoriale, ut vult Calvinus et Kennitius: jam enim ex prædicta satiri erant milites, ut patet vers. 24, sed ad sacrificium pacificum, in gratiarum actionem pro vitoria Abræ à Deo concessâ offerendum. Patet id primò, ex eo quod subditur: *Erat enim sacerdos, q. d.: Protulit panem et vinum ad sacrificium*, quia erat sacerdos, cuius proprium munus est sacrificare. Secundò, quia Psal. 109, Hebr. 7, et alibi, celebre est sacerdotium, ac consequenter sacrificium Melchise-

dech. Jam verò nusquam alibi sacrificium Melchisedech, ejusque ritus et modus exprimitur nisi hic; ergo protulit hic panem et vinum ad hoc, ut ea Deo ex more suo offerret in sacrificium. Solitus ergo erat Melchisedech Deo panem et vinum offere. Tertiò, quia veteres Rabbinî, quos citat et sequitur Galatinus lib. 10 de Arcanis catholicae veritatis, et Genebrardus in Chronologia in Melchisedech vertunt: *Obtulit panem et vinum*. Hebrei enim verbo *hotsi* in sacrificiis stūtrunt, ut patet Judic. 6, v. 18, ubi hebraicè est, *hotsi mincha*, quod noster interpres vertit, *portans sacrificium*; S. Augustinus in lib. Judicum quest. 35, verit, *offerat sacrificium*. Quartò, quia Apostolus Hebr. c. 7, sacrificium Melchisedech opponi Aaronico, dicitque Christum sacerdotem esse secundum ordinem non Aaron, sed Melchisedech: Aaronic autem sacerdotes offabant omnis generis animalia; ergo Melchisedech non haec, nec victimam cruentam, sed incruentam, panem et vinum obtulit. Quintò, est hæc communis sententia Patrum, Irenei, Cypriani, Augustini, Hieronymi, Theodorei, Eusebii, Ambrosii, et aliorum, quos citat Bellarm. l. 1 de Missâ, c. 6.

Hinc patet Missam esse sacrificium, Christumque non tantum in cruce, sed etiam in ultimâ coena sacrificasse, adeoque Eucharistiam non tantum esse sacramentum, sed et sacrificium. Tam enim David, quando Apostolus dicunt Christum esse sacerdotem secundum ordinem, non Aaron, sed Melchisedech: atque talis non fuit in cruce, quia in cruce eruentum obtulit sacrificium, quod proinde potius fuit secundum ordinem Aaron quā Melchisedech; ergo talis fuit in ultimâ coenâ; cùm scilicet Eucharistiam sub specie panis et vini, instar Melchisedech, Deo obtulit. Ita passim docent omnes Patres, quos citat Bellarm., loco iam citato.

Nota. Melchisedech prius panem et vinum Deo obtulit in sacrificium, scilicet partem panis cremando, partem vini libando, id est, effundendo Deo in gratiarum actionem pro vitoria Abræ; deinde reliquam panis et vini partem in militis Abræ libandam, id est, participandam et comedendam distribuit; hoc enim moris erat in sacrificio pacifico. Ita pariter Christus in ultimâ coenâ obtulit panem et vinum, consecratio illa, et transsubstantiatio in sacrificium eucharisticum; eaque deinde Apostolis libanda distribuit, et similiter offerenda ac libanda præcepit.

ERAT ENIM SACERDOS. Hebraicè, *velu cohen, et ipse sacerdos*, id est, quia erat ipse sacerdos; dat enim, causam, cur protulerit panem et vinum; scilicet, quia ex his parabat sacrificium. Hac enim ad precedentiā in hoc versu pertinet, non autem ad sequentem v. 19, ut volunt novantes, patet ex textu hebreo, graeco, chaldeo et latine, qui omnes hac in eodem verso jungunt precedentiā, scilicet versu 18, non autem sequentibus vers. 19. Falluntur ergo novantes, qui Melchisedech sacerdotem hic vocari putant, eo tantum nomine, quod benedixit Abræ, ut sequitur. Sic sepe Hebr. vnu, id est, et sumitur pro rationali *ki*, id est, *quia, nam, enim*, ut Psalm. 94, v. 5: *Ipsius est*

mare, et (id est, quia) ut verit. S. Hieron., ipse fecit illud. Isaie 64, v. 5: Tu iratus es, et (quia) peccavimus. Luce 4, 42: Benedicta tu in mulieribus, et (quia) benedictus fructus ventris tui, et alibi saep.

SACERDOTOS. Novantes vertunt, *principes*; sic enim sumitur Hebr. 2 Reg. 8, 18, ubi filii David voluntariorum, ut principes, et, ut Septuaginta, vertunt, *οἰκεῖον*, ut exponitur 1 Paral. 18, 17. Verum propriè *cohen*, nomini sacerdotem significat, abusivè vero et raro significat principem. Hic vero significare sacerdotem, patet primò, tum ex antecedentibus, tum ex sequentibus; non enim principis, sed sacerdotis est tam sacrificare, quam benedicere. Secundò quia ita vertunt Septuaginta, Chaldaeus, Philo, Iosephus et Rabbini. Tertiò, quia sequitur: *Dei altissimi*; erat ergo sacerdos; non enim rectè quis dicatur sacerdos Dei altissimi. Quarto, quia ita verit. S. Paulus, Hebr. 7, v. 1, cùm ait: *Hic enim Melchisedech regnabit super Salem, sacerdos Dei summus, grecè, Μελχισέδεχ* (uti et vertunt Septuaginta, *quos citat et sequitur Paulus*) id est, Altissimus.

Nota. S. Dionysius c. 8, coel. Hierarch. Melchisedech dici sacerdotem Dei altissimi, non tantum eò quod ille ipse serviret, sed quod et alios ad ejus fidem cultumque converteret ac promovet.

VERS. 19. — BENEDIXIT EI. Puta Melchisedech Abram, tanquam major juniori benedixit. Erat enim Melchisedech typus Christi, sacerdotus alterius, cum Abram ad suos Levitas temporarium tantum sacerdotium transmisit. Benedixit autem dicens: *Benedictus Abram Deo excelso*, id est à Deo, vel apud Deum excelsum, q. d.: *Benedicatur Abram, et bonis cumuleatur à Deo excelso*, prout ipse cepit et benedicere, dum ipsi haec victoriam tam illustrem contulit. Ita Lipomanus, qui hic notat tres actiones sacerdotiales Melchisedech. Prima est, quod panem et vinum obtulerit, secunda, quod Abram viatori benedixerit; tercias, quod ab eo decimas accepert.

Qui CREATIVUS. Hebraicè est *Kone*, id est, possessio, qui possedit, vel qui comparavit; sed id è Deus est possessor celi et terra, quia eorumdem est creator, eaque creationis titulus sibi comparavit, suaque fecit. Sic. v. 22, dicitur Deus possessor (id est, creator, ideoque possessio) celi et terra. Sic Psalm. 138, 15, dicitur possedit (id est, formasti, et formando possedit) renes meos.

VERS. 20. — DEDIT EI DECIMAS. Puta Abram Melchisedecho, ut patet ad Hebr. 7, v. 4; ita Josephas et alii passim. Falluntur ergo Hebrei nonnulli, qui è contrario volunt Melchisedech dedit decimas Abram; quorunq[ue] hæc est ratio. Ille dedit decimas qui præcessit, quique benedixit Abram; atque hic est Melchisedech, ergo Melchisedech dedit decimas. Verum falsa est major propositio. Hebraicè enim crebra est enallage personæ; ipsi enim saepè ab una persona ad aliam tactio nomine transirent, eamque ex dialigo, vel aliis circumstantiis subtiliter legamus rem linquunt.

Tropoli. S. Ambr. lib. 6: *Quia vincit, ait, non debet ar-*

rogare sibi victoriam, sed deferre Deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus est, non superior; sacrificium denique oblitus, decimas dedit.

DECIMAS, unum de decem, inquit Chaldaeus. Vide hic, quām fides et ratio naturalis inclinet ad dandas Deo decimas, etiam si eas absolute non precipiant; et hoc sensu decime dici possunt esse juris nature com absolute sint juris positivi, scilicet divini in lege veteri, humani in lege nova. Abra avi exemplum secutus est Jacob. c. 28, 22.

Ita et geniles quodam religionis impulsu, saepè in bello de manubib[us] decimas vorerunt et reddiderunt. Id à Posthumio factum est, obtulit bellū latini victoriæ, neconon ab aliis Romanorum dubius, nū narrat Dionysius Halicarnass. lib. 6, Livius et alii. Xenophon quoque in Cyro lib. 5: *Hic etiam, inquit, pugnatum de captiis collectam partit, eamque quām decimam nomine ut Apollini, aut Ephesia Diana vorerant, consecrandam prætores acceperunt*. Idem in Aegesio: *Hostium, ait, ita frutus agri est, ut duobus annis centua talenia et amplius, Deo apud Delphos decimam didecat.*

Nota. Chrysostom., orat. 4 contra Judæos, Melchisedech præfigurasse sacerdotes novæ legis; Abram, qui ei decimas dedit, adumbrasse laicos.

Ex omnibus spoliis, que Babylonis in bello ademerat.

VERS. 21. — DA MIHI ANIMAS, homines tua Seu tuag, q. d.: *Redde mihi cives et subditos meos captivos, quos cum Loth hostiis excusisti; ceteram prædam tibi serva.*

Nota. quid valeat unius viri virtus et gratia apud Deum; scilicet, Deus in iunis justi Loti gratiam, tot impios Pentapolitans liberavit, ut famulum suum Abram magnificaret.

VERS. 22. — LEVO MANUM MEAM, q. d.: *Levans manum in cœlum, quasi ad Deum, quem testem et vindicem invoco, juro; hæc enim ceremonia vetere jurabunt, levando scilicet manum in cœlum.*

POSSESSOREM COELI ET TERRÆ. Hinc Philo libro de Cherubim, docet Deum solum habere dominium rerum omnium, homines vero earumdem tantum habere usum et fructum.

VERS. 23. — A FILO SUBTEGMINIS USQUE AD CORIGIAM CALIGAE. Id est, nec vilissimum, nec minimum quid accipiam. Est adagium. Vox *subtegmina*, non est in Hebrewo, sed à nostro interprete addita est explicatio causa. Subtegmen est filum quod sub stamine texitur, vel quod stamini texitur; in textura enim sibi respondet quasi correlative, stamen et sub tegmen. Porrè caliga est genus calceamentum militaris, unde milites caligati dicti sunt, et Caius imperator dicitus est Caligula. Sic Actor. 12, v. 8, dicitur: *Caligas tuas; quasi calceos tuos.*

NON ACCIPIAM EX OMNIBUS QUE TUA SUNT, quia sunt Peptapolitanorum, queque ab hoste recuperavi; nam ex bonis hostiis non negat Abram se partem suam accepturum.

Nota hic continentiam Abræ que eum verè divitem

fecit, ut posset dicere illud Seneca: *Mea sunt divisa; tu divitiarum es; quia divitiae sapienti in servitu, stulto in imperio sunt. Noluit ergo quidquam accipere, primò, ut omnes viderent eum non propter lucrum pugnasse, sed ex charitate, ad liberandos captivos. Quiam paucos hodiè sic bellantes invenerit! Secundò, quia illa bona pauperibus ereta erant; maluit ergo ea ipsi restitui, quām illis ditarit. Tertiò, quia noluit esse obnoxius regi ea offensit. Quartò, ut gloriam victorie non sibi, sed Deo attribueret. Quinto, ut insigne animum, terrena omnia parvipendente, impis ostenderet, sequere majus quidam habere quam opes, in quibus infideles eamdem in Belgio obtinere nonnulli dicunt, ut nimis rursum prada ab hoste abacta, et hosti rursum excessa cedat excusori, modò illa spatio 24 horarum fuerit in manu hostium. Verum hæc, ut dixi, sunt iuri positi, non naturæ, quod sequitur hic Abram.*

CAPUT XV.

1. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens: *Noli timere, Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis.*

2. Dixitque Abram: *Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis; et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.*

3. Addiditque Abram: *Mihi autem non dedisti semen: et ecce vernaculaus meus haeres meus erit.*

4. Statimque sermo Domini factus est ad eum dicens: *Non erit haec haeres tuus: sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis heredem.*

5. Eduxitque eum foras, et ait illi: *Suscipe cœlum, et numero stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum.*

6. Credidit Abram Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

7. Dixitque ad eum: *Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldaeorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam.*

8. At illa ait: *Domine Deus, unde scire possum, quando possessurus sim eam?*

9. Et respondens Dominus: *Sume, inquit, milii vaccam triennam, et capram triennam, et arrietem annorum triuin, turturem quoque et columbam.*

10. Qui tollens universa haec, divisit ea per medium, et utrasque partes contra se altrinsecus posuit: aves autem non divisit.

11. Descenderuntque volucres super cadavera, et abiegit eas Abram.

Quasi contagion declinat intemperantia, quasi labem reficit corporalium sensum, delectationis mundi rejiciunt, querens que supra mundum sunt, hoc est, extende manus ad Dominum. Manus, operaria virtus est anima. Angustor mentes invitentur promissis, erigantur speratis mercedibus.

Aliter Pererius: *Quæ tua sunt, inquit, id est, que tua fuerint, sed jam mea sunt; nam capta bello justo, cuiuscunque illa fuerint, sunt victoris, legi non naturali, sed positivi multarum gentium; quam in Hispania servari docet Abulensis et Covarruvias: eandem in Belgio obtinere nonnulli dicunt, ut nimis omnem spem collificant, q. d.: Habeo Deum, qui plus potest, quam omnia mundi bona. Unde S. Ambrosius lib. 2 de Abraham c. 8: Perfecta, inquit, mentis est, nihil de terrenis, nihil de corporalibus illecebris assume re. Ideo Abram dicit: *Nihil sumam ab omnibus tuis.**

CHAPITRE XV.

1. Après cela, le Seigneur parla à Abram dans une vision; et voulant récompenser le désintéressement qu'il tenait de faire perdre, il lui dit: Ne craignez point, Abram, je suis votre protecteur, et votre récompense sera infinité grande.

2. Abram lui répondit: Seigneur mon Dieu, que me demandez-vous? Je ne vous demande rien sur la terre, j'y ai assez de bien, je mourrai sans enfants; et ce Damas, fils d'Eliezer, intendant de ma maison, héritera de ce que j'ai, et sera assez riche.

3. Car pour moi, ajouta-t-il, vous ne m'avez point donné d'enfant; ainsi le fils de mon serviteur sera mon héritier.

4. Le Seigneur lui répondit aussitôt: Celui-là ne sera point votre héritier; mais vous aurez pour héritier celui qui naîtra de vous.

5. Et après l'avoir fait sortir dehors, il lui dit: Les yeux les yeux au ciel, et comptez les étoiles, si vous pouvez. C'est ainsi, ajouta-t-il, que se multipliera votre race.

6. Abram crut à Dieu, et sa foi lui fut imputée à justice; elle lui mérita une justice et une grâce plus abondante.

7. Dieu lui dit encore: Je suis le Seigneur qui vous ai tiré d'Ur en Chaldee, pour vous donner cette terre, afin que vous la possédiez en la personne de vos enfants, comme l'héritage que je leur destine.

8. Abram lui répondit: Seigneur mon Dieu, je ne doute point de la vérité de vos promesses; mais permettez-moi de vous demander, comment puis-je connaître que je dois la posséder en la personne de mes enfants, moi qui n'aurais pas promettre d'en avoir, ayant une femme stérile.

9. Le Seigneur lui répondit: Pour nous assurer de la vérité de cette promesse, je vais faire alliance avec vous en la manière que les hommes la font entre eux: préparez donc tout ce qu'il faut pour cela: prenez une vache de trois ans, une chèvre de trois ans, et un bœuf qui soit aussi de trois ans, partagez-les en deux selon la coutume; prenez aussi une tourterelle et une colombe, pour m'en faire un sacrifice.

10. Abram prenant donc tous ces animaux, les divisa par la moitié en les fendant depuis la tête jusqu'à la queue, et mit les deux parties qu'il avait coupées vis-à-vis l'une de l'autre, laissant un espace pour posser entre deux, selon ce qui s'observait alors dans les alliances. Mais il ne divisa point la tourterelle ni la colombe, parce qu'elles étaient destinées pour être offertes en sacrifice.

11. Or, Abram, ayant immolé les deux oiseaux, les mit entiers sur les cadavres des autres victimes divisées, et il se coucha au milieu d'elles. Cependant les oiseaux de proie venaient fondre sur ces bêtes mortes, et Abram les en chassait.